



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

XVII. Iac. Sadoletvs Episc. Carp. N. Acromontio S.R.E. Cardinalo S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

mè dignum est, tum mihi certè facturus es gratissimum: quia te  
obseruantia, qua cepti, te assidue prosequor: amoremque meum  
semel erga te, optimo quidem iure susceptum, fidelissimè conser-  
uo. Deumque immortalem supplicem oro, ut cum tibi salutem per-  
peruamq; incolumitatem, tum fructum & laudem benè confecti  
istius muneris, in quo honorificentissimè & summa omnium cum  
expectatione versaris, præbeat & largiatur: ut tua ope, prudentia,  
labore, autoritate conciliata pax, nos non solum in otio, & in  
tranquillitate constituat: sed ab his periculis, quæ mihi videntur  
multa & græua impendere, reddat tutos. Vale. 1536.

## XVII.

IAC. SADOLETIVS EPISC. CARR.

N. Acremontio S. R. E. Cardinali S. P. D.

**P**AVLVS meus, qui istuc ad salutandum maximum istum Re-  
gem meo iussu accesserat, in reditu suo ad nos, de tua virtute,  
prudencia, autoritate multa mihi narrauit: illudque addidit, sine  
gularum tuam quandam erga se & eximiam humanitatem in  
omnibus rebus se expertum fuisse: prætereaque cognouisse pla-  
ribus signis atque iudiciis me ipsum quoque tibi esse cordi: pra-  
ratamque esse, si quid incidat ut opus sit, & operam mihi & be-  
neuolentiam tuam. Quæ ego ita accipio, ut ad agendas tibi me-  
ritas gratias, animi quidem multum, facultatis autem parum ha-  
bere mihi videat. Talis enim viri neque testimonio ornatus quic-  
quam, neque amicitia fieri potest oprabilius. Sed ego, etiam tuam  
amplificatio dignitatis in ea incidit tempora, quibus ego ab vrbe  
absui: nominis tamen tui studio quodam etiam antea tenebat,  
quod non pauca de te, & de virtutibus tuis audieram, quæ nunc  
quidem apud me expressiora facta sunt, postquam tua hæc recen-  
te humanitate, tanquam quodam adhibito lumine, apertius ne-  
bis sunt demonstrata. Ac quod ad gratulandum tuæ dignitati  
pertinet: non te arbitror dubitare, quin mihi sit honos tuus cha-  
rissimus, & amplitudo præcipue grata: cum tu præferam istam  
ipsam dignitatem meritis antè his, quam obtinueris. In quo ma-  
gis gratulandum mihi videtur, quod tu non minus splendens  
ipst honori afferas, quam honos tibi. Sed tamen spectatam vir-  
tutem his etiam insigniri fortuna ornamentis optandum est:  
quod ego in aliis facio & semper feci magis, quam in me ipso.  
Nam cum cæteris qui benè essent meriti, omnia honorum in-  
signia semper optauerim, mihi hanc delegi & fortunarum & vite  
mediocritatem, in qua beata præcipue vita consistit, atque hoc  
animo ac iudicio ex vrbe Roma egressus, tanquam è magno ma-  
ri, in hunc exiguum quidem, sed tamen tutum & tranquillum  
portum,

potum, me contuli: in quo sic viuo contentus, nullius fortunam ut antepoſitam meam. Quamquam hoc fortalle humilis animi fit, illud ampli & magni, virtutem aequare honoribus, quod in te factum eſſe mihi ſumma voluptati eſt. Quare & honori tuo gratulor, & voluntati erga me maximas gratias ago: tibi viciffim pollicens, ſi quid acciderit, in quo mea tibi obleruantia & opera alieni poſſit eſſe voluptati, (nam commodo, aut ornamento, nec enim dicere) me ſic amore, & ſtudio, & vigilantia eſſe enixurum, ut tibi facile pateat, te in homines non ingratos tua & officia & benevolentia indicia contuliſſe. Vale. Carpentoracti, XVII. Calend. Septemb. M. D. XXXII.

## XVIII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP.  
*Auguſt. Triuulſio Cardinali S. P. D.*

Quamquam tu paulò ante à nobis diſceſſiſti: tamen ne viſum humaniſſime Triuulſi, ni iam pridem mihi factum eſſe videar, cum te non vidi neque tecum colloctus ſum. Ita ſum capus tua iſta preſtanti humanitate, ſuauiſſimisque ſermonibus: qui inter nos tales extiterunt, quales amantium inter ſe, & benevolentium eſſe ſolent, familiaritate dulces, ſimplicitate periti. In quibus ego & animi tui erga me perſpexi plenam amiſſimam voluntatis, & tu de meo perſuaſiſſimus eſſe poſui. Sed tu nimium celer, ſubitusque diſceſſus, non mediocrem mihi deſiderium tui reliquit: habui tamen in memoria, quoruſque proſciſcenti facturum me receperam, dediſque ad ſummum Pontificem literas, tuum hac tranſitum illi declarantes, & quantum tu in omnibus ſermonibus conſiliis que rerum aut geſtationum, aut gerendatum animo & cura mihi excubare viſus eſſet, quo ipſius dignitas, & ſedis Apoſtolicæ autoritas per te ſemper ſua incolumisq; maneret. In quo debirum tibi tribui apud eum virtutis, & humanitatis, & prudentiaſque teſtimonium. Hoc cum à me ira factum ſit, ſcripſerimque præterea non pauca ad huius ſuam provinciam pertinentia: tuar nunc partes ſunt, certiorum eum facere per literas, quid tibi de omnibus hiſce rebus videatur, ut ſi fieri poteſt, tua autoritate ad noſtros ſcribendi rogandique labores accedente, maior ab illis habeatur horum locorum & populorum ratio, quam adhuc quidem habita eſt: & vere ſe cogitare volumus, habenda etiam eſt. Siue enim ſalutæ ſalutæ res fuerint, quod opto equidem ut ita ſit, & Deum immortalem ſuppliciter precor, magnum ſacerdotalis famæ & dignitatis in hiſ regionibus eſt ornamentum: ſiue illa excidio calamitateque propinquæ, quod magis formido horreoque, hic

portas